Quelle: https://manuscripta.at/?ID=925
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

Super vicesimo vicesimoprimo vicesimosecundo et vicesimotertio articulis
examinatus testis dixit articulos fore veros quia ita accidit et ob hoc se de-
voverit singulis annis tumbam beati Leopoldi visitare velle
Super vicesimoquarto articulo incipiens Item quod de virtutibus omnibus ut examinatus
testis respondit quod ignoret
Et fuit immutatus testis prout est moris
Eadem die dictus vir dominus Johannes albus de Nydbelnuz laicus patriarcha
ecclesie Octuaginta dumorum vel circa Tiratus iuratus ac medio eius iura-
mento presito ad sancta dei evangelia dixit et deposuit ut sequitur
Super primo articulo incipiens Quod dictus clare memorie Leopoldus ut exa-
minatus testis dixit articulum fore verum quia ita a communi populo fama tenetur
prout accidit ipse quod talia miracula fecerit de quibus vel ut respondit infra
Super secundo et tertio articulis examinatus testis respondit se articulatim
ignorare
Super quarto et quinto articulis examinatus testis respondit easdem fore
veros quia hoc monasterium Neumburgense verificet
Super sexto et aliis articulis usque ad undecimum inclusive examinatus
testis respondit se articulatim non audivisse
Super duodecimo articulo incipiens Item quod propter bona opera sua ut exa-
minatus testis respondit articulum fore verum quia hodie ita vocatur
nunc audivit quod propter virtutes suas in multis provinciis famatur
quod multis prius et tempus marchio appellatur
Super tredecimo et aliis articulis usque ad decimumtertium inclusive exa-
minatus testis respondit sibi de articulatim non constare neque singulariter
audivisse preterquam fama qua famatur ipsum Leopoldum pium et sanctum et mite
marchionem extitisse
Super decimoquarto articulo incipiens Item quod post mortem suam clarum ut ex
examinatus testis respondit articulum fore verum causam reddit quia quidam
filius nomine Oliverius natus claudus ita quod in exteriori parte pedis
ambulabat habuit ipse testis dum exemplatus tasti de anno septua-
gesimoprimo ad tumbam beati Leopoldi pueri sui devotione ductus dicto
puero suo peregre et personaliter velle tumulum ad tumbam beati Leopoldi
statuere devoverit ut per merita et intercessionem eiusdem Leopoldi sanari
et in pede claudo relevari posset ipso itaque teste voto emisso et oratione
perfusis in dominica reversio puer eius pristinam sanitatem recepit prout
hodie perfecte sanus constat
Super vicesimo vicesimoprimo vicesimo secundo et vicesimotertio articulis
examinatus testis respondit articulos fore veros quia ita accidit et quod
dictus eius puer per merita et intercessionem beati Leopoldi et nulla arte